



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De annulo Conradi Praepositi in forè esoxe esoto reperto, cap. 61.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

quæ semper reiteratur, & culpam abluit, ne Deus illam videat, vel cognoscat ad vindictam. His dictis pro exemplo, etiam de piscibus, qui de eodem elemento, id est aqua, facti sunt, aliquid tibi miraculosi recitabo.

CAPVT LXI.

De Piscibus.

Conradus Præpositus sancti Seuerini in Colonia etiam Præpositus erat Xantensis: hic cum tempore quodam ad idem oppidum nauigaret, & manus extra nauim in flumine lauaret, annulus aureus, bonus valde, ex eius digito labens, cecidit in Rhenum. Anno verò sequenti, cum ad iā dictum oppidum iterum iret nauigio, circa eundem locum, in quo annulum perdidit, piscatores obuios habuit, a quibus si aliquos haberent pisces captos inquiri præcepit. Responderunt illi: Habemus* esotum vnum qui Præposito Xantensi debetur, quem vendere non audemus. Quibus cum dicerent: Ecce Præpositus præfens est, piscem ei obtulerunt. Quem cum cocus exenterasset, annulus præfatus in eius visceribus est reperiendus: quem cum celare non posset, nec vellet, Præposito eum ostendit; quem ille mox agnouit, & non absque magno miraculo recepit.

*al. Esotem forte
Esotem.

CAPVT LXII.

Sacerdos quidam & monachus de ordine nigrorum anno præterito retulit mihi de aquis & piscibus rem valde miraculosam. In prouincia, inquit, nostra, sicut hodie multi sunt testes, tempore quodam omnes paludes & fluenta in sanguinem versa sunt, quorum amaritudinem cum pisces sustinere non possent, relictis aquis, aridam petiuerunt; anguillæ verò sepes ascendentes, illisq; inhaerentes, sic sunt inuentæ: multitudo autem piscium in aquis mortua est, ad instar vnius plagæ Ægypti. Aliquid nunc subjiciam de animalibus & bestiis, quæ in terris gradiuntur, quod miraculosum sit.

CAPVT